

18 vero **C**alix benedictus in benedictione omni  
omni fratre **I**ustus ap̄t̄ est. **D**e patre q̄ sum  
**M**isericordia participacio temp̄ domini st.  
qm̄ vnuus p̄ens et vnuus coruus multū sum  
omnes qui ex me p̄epanez a me aliis p̄atia  
pari. **E**p̄ate q̄st̄ sc̄d̄m̄ sum. **V**nde q̄  
ad̄ hostias particeps si adiuncti. **H**oc dico  
dico. q̄ uolē p̄m̄alati sit et audiat q̄ p̄  
redit̄ sit aliquid. **E**t q̄ vnuus aḡt̄ tener  
denominis p̄vredicant. **Z**men ab iudeis auer  
os sc̄ue fieri demoniorū. **H**omopotes nūc  
domini biliae. **Z**miles armator. **R**ec̄ re  
fusis mensa domini particeps. **I**ste. **Z**u uinc  
demonium. **S**in simulacrum domini. **V**icimus  
fictioes illius. **D**omini uicimus. **S**olus  
omnia expulsi. **O**mnia vniuersitate omnia  
tant. **E**mo q̄ sūm̄ q̄t̄ quem. **F**iḡo alii uia  
omne q̄ in uicelit uenit mundamente. in  
hi int̄m̄gantes p̄pet̄ confidante. **Z**as sunt et  
tema. **Z**plenaria eius. **D**omine qui ueni uis  
inficiat. ad ueni et uult. **C**ontra q̄t̄ rebis

EX LIBRIS  
ILLVSTRISSIMI VIRI,  
DN. DAN. LVDOLPHI,  
LIB. BAR. de DANCKELMANN,  
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII  
STATVS INTIMI, cetera,  
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ  
TESTAMENTO RELICTIS.

Xd. 28,

DISPUTATIO XXIV.  
& ultima.

De

Tertia ac nobilissima

ANIMÆ FACUL-  
tate Rationali.

*Quam*

D. O. M. A.

*SVB PRÆSIDEO*

TOBIÆ KNOBLOCH II,

Marcobrettani Fr.; Med. & Phil.D.

*In celeberrima Wittenbergensium Academia  
defendendam suscipiet*

Ioachimus Ianike

Dantisc. Borussus.

*Ad diem 23. Decemb. horis & loco notis.*

VVITEBERG AE,

Typis Cratonianis per Iohan. Gorman.

Anno cI, I, C VII.

BISCHOPPIATIS CIVIX  
A M I N I T U R A  
T A B E L L A

A M I N I T U R A

U T R E C H T I S C H O O L

D O M I N I C U S

S A T R A V I D I O

T O B I E K N O B R O C H I I

M A S C H P E T T E R I U S B I S C H O P P I D .

M A S C H P E T T E R I U S B I S C H O P P I D .

M A S C H P E T T E R I U S B I S C H O P P I D .

M A S C H P E T T E R I U S B I S C H O P P I D .

M A S C H P E T T E R I U S B I S C H O P P I D .

M A S C H P E T T E R I U S B I S C H O P P I D .

M A S C H P E T T E R I U S B I S C H O P P I D .

M A S C H P E T T E R I U S B I S C H O P P I D .

M A S C H P E T T E R I U S B I S C H O P P I D .

M A S C H P E T T E R I U S B I S C H O P P I D .

M A S C H P E T T E R I U S B I S C H O P P I D .

M A S C H P E T T E R I U S B I S C H O P P I D .

M A S C H P E T T E R I U S B I S C H O P P I D .

M A S C H P E T T E R I U S B I S C H O P P I D .

M A S C H P E T T E R I U S B I S C H O P P I D .

M A S C H P E T T E R I U S B I S C H O P P I D .

M A S C H P E T T E R I U S B I S C H O P P I D .

M A S C H P E T T E R I U S B I S C H O P P I D .

M A S C H P E T T E R I U S B I S C H O P P I D .

**D**E anima facultate, cum sensitiva, tum vegetativa precedente disquisitione egimus, ac differimus. Superest tertia ac nobilissima anima humana facultas, mirum rationalis, que alias intelligentia, sive mens à gracie & ratione non admodum insulse appellatur. De qua, ut in presente hac ~~opusculis~~ breviter differamus, instituti nostri, ac methodi ratio postulat & requirit.

### CAPVT I.

Est vero facultas rationalis, seu intelligens, vis animæ, quâ solus homo unum ex altero colligit, quæque hominem maximè à bruto discriminat.

I. Si in universa Philosophia quid arduum & controversum fuit, certe hoc de anima rationali facultate negotium, adeò ut jure tripodi Musarum comparari posset. Quidam enim toti est plane rejecerunt: quidam ratiōne si ignoraverunt, & adhuc multi ignorant. Quare ut in difficultate hujus materie abstrusam scientiam pervenire tandem possumus opera precium nos facturos arbitramur, si accuriori rationis trutina definitionem modo adductam pensiemus. Singula eis verba enucleatis evolvamus ac explicemus.

A 2. II. Duo

**II.** Duo autem in premissa nostra definitione; potissimum membra nobis paulo studiosius ponderanda & examinanda veniunt; Definirum nimurum & ipsa definitio, proprie & in specie sic dicta.

Definitum itaque est facultas Rationalis reliquarum humanae animae facultatum tertia & ultima, adeoque nobilissima & perfectissima, quae est operatio animae, a vegetativa & sensitiva facultate specie distincta, ipsis tamen a quibus fluunt animis (ut ita dicam) specie nequam distinctis, omnis enim anima intelligens est etiam sentiens, & omnis sentiens, est etiam vegetans seu vivens, hac enim sunt subalterna, & cadunt in unam & eandem animam.

**III.** Deinde si facultatem rationalem etiam cum ipsa anima conferas, nihil differt hoc ab illis, si nimurum per facultatem intelligimus actum primum. Nam ita anima est actus, ipsaque facultas agendi prima: sed si per facultatem denotamus aptitudinem agendi (in qua significacione facultates hic accipimus) tunc maxime invicem differunt, nam anima est forma substantialis in 7. Met. 10. Sed facultas animae est qualitas. Neque tamen est ut aliquis hinc a vitiis aniam sibi sumat: cum nos de unitate Essentiae animae differentes audi, eamque distinctis operationibus, predictam intelligit, ac propterea pluralitatem animalium evincere conetur. Nam hec una est praeceptorum Philosophorum certa & firma sententia, ab operationibus, numerum animalium nullo modo peti posse. Notum enim est, quod eadem forma, pro diversitate subjecti & organi, diversas edat operationes, sic forma ignis emollit & indurat, pro diversa materia eadem forma aqua refrigerat & humectat: sic anima eadem vegetans spiritum & humorum producit; eadem anima sentiens, visum & auditum efficit. Atq. hec de Definitione dixisse sufficient.

**IV.** Ad alterum itaque membrum progredimur, quod est ipsa definitio proprie sic dicta, in qua vicissim duo difficultatis nodi nobis expendiuntur: Alter est Generis: alter differentiae specificae: Et quod ad primum attinet definitur Rationalis facultas, vis animae, tanquam genere restricto ac limitato. Nam vis que nihil aliud est quam aptitudine &

do & Novamis quicquid sine restrictione accepta, tam anima quam corpori attribuitur, ne itaq; genus hic sue significationis ambitu definiti limites excederet, limitatione opus fuit qua addita determinatur cuius sit vis nempe anima, ubi nobis quorundam erronea occurrit opinio, qua serio, sed sine fundamentis contendunt, facultatem intelligentem seu rationalem simpliciter nihil aliud esse, quam ipsam anima essentiam, surpiter confundentes, evigeat anima & Novam cum ipsa diversa anima, cum insunt, cum tandem haec invicem differant, ut subjectum & adjunctum. Adde, quod ipsa evigeantur ex potentibus & a se velut causa & effectum discernantur.

V.- Praterea quoque novam hic nobis litem Zabarella movet libr. de facult. anim. p. 636. qui genus hoc improbat, & facultatem hanc rationalem partem anima maxill appellare: sed minus recte. Nam hoc pacto, aut tres concesserit nobis, ut essentia: ita numero in uno individuo distinctas animas aut unam e tribus partib. compositam, partes enim teste Aristotele sunt, que totum consistunt. Verum igitur fuerit nunclargitus Zabarella, vel monstru, vel falsum fecerit. Atq; hac breviter etiam de genere.

VI.- Superest differentia specifica altera definitionis pars, qua sumitur ex proprio Rationis & intellectus effectu uspote colligere unum ex altero, quo forma Rationalis facultatis cum suo officio exprimitur, & quidem haud concinna, siquidens omnis differentia in definitione, quatenus talis est, in & alogia respondet forma: veluti genus materie: officium autem forme cum sis; rem formatam, tam informare quam a ceteris distinguere. Haud utilis hic moveretur quaestio utrum quedam facultas humanae anima sit & alogia & irrationalis? Abstrusam autem & arduam banc esse questionem, & novam praeferre subtilitatem, non solum ex Scaligeri assertione manifestum est: Sed etiam cum primis vel hinc maxime liquet, quod Aristoteles jam dudum docuerit affectus esse in tamen anima contemplationem vero in & alogia. Nam ob rem cum afferimus rationalem hanc anima facultatem hominem abruto discriminare, non id simpliciter intellectum volumus, ac si pars aliqua animae sit bruta: alia vero rationalis: sed quod quedam anima facultas sit homini propria & specifica, ho

ca, hominem separans & distinguens à brutis: quedam vero communis,  
quam homo cum  $\lambda\delta\gamma\omega\sigma$  irrationalibus communem habeat, ita nimurum,  
ut anima rationalis virtute in se complectatur, alias etiam aptitudines  
operandi, quibus etiam plante & bruta predita sunt. Proinde totam a-  
nimam rationalem dicimus secundum hanc tamen differentiam, quā Ari-  
stoteles 1. Ethic. cap. 13. usus est, potentiam rationalem distribuens, in  
unam, quae sit talis per naturam suam, & alteram, que sit talis per par-  
ticipationem, ad hanc refert sensum & appetitum: ad illam dunt anxat in-  
tellectum.

VII Deinde etiam porrò hic queritur, utrum facultas rationalis sit  
organica, ita ut in corpore existente certo semper utatur organo ad suas  
operationes? Respondemus nos, animam sejunctam quidem à corpore, sine  
organis intelligere, quae intellectio est hyperphysica, nobis secundum natu-  
ram plane ignota: sed in corpore existentem, necessario sua requirere or-  
gana. Spiritus nimurum idoneos, & commodam cerebri dispositionem.  
Hinc est quod non raro propter vitiosam cerebri, & spirituum constitutio-  
nem ejus operatio ledatur ut videtur in mania, melancholia, &c. Argu-  
hac sit brevis enodatio definitionis rationalis.

## CAPVT II.

Discussa definitione, enodatisque eiusdem mem-  
bris; proximum est, ut ad inquirendum animæ ratio-  
nalis causas & affectiones nos accingamus ( cum sci-  
re teste Philosopho, nihil sit aliud quam rem per cau-  
sus primas, primaq; Elementa cognoscere ) ut hac ra-  
tione Rationalis facultatis essentia plenius nobis in-  
notescat, fiatque notior. Quod nos præstitisse arbit-  
tror, ubi ejus cum principium & originem: tūm lo-  
cum &

cum & dotes principaliores, non minus sufficienter,  
quam breviter perstrinxerimus.

I. Prisquam ad distributionem particularium facultatum progrederemur, placuit cognitioni definitiva anima rationalis, quam ex accuratiori ejus definitionis inspectione & consideratione consequiti sumus, demonstrativam quoque ejusdem cognitionem subiçere, & contemplari, qua omnium caussarum tam internarum quam externarum notitiam requirit. Non enim ex sola definitione qua sufficienter ex materia & forma conficitur, perfecta habetur scientia: sed omnes quoque rei affectus cognoscere oportet. Quod vel maxime in nobilissima ac prestantissima hujus disputationis materia necessarium videtur, qua summa jucunditate, maxima utilitate ac dignitate sua, sese ad omnem veritatem, & cum primis ad mysteria naturae per vestiganda extendit, quippe quae non abs re, quadam quasi regula omnium formarum dicitur, omniumque actionum humana- rum fons & origo habetur. Quanto igitur hac doctrina, ceteris est prestantior ac pulchrior: tanto etiam difficilior, cognituque obscurior. Siquidem illam à priori hand auspicari possumus, ipsamque penitus anime naturam introspicere.

II. Ut itaque rem ipsam, sine ulteriore mora aggrediamur, & veram facultatis rationalis originem & principium venemur, aliorum hanc parte posthabitis opinionibus, cum Aristotele statuimus, anima rationalem facultatem, velut ipsam etiam animam ab animalibus parentum, sicut corpora à corporibus propagari, quam propagationem vocant ex traduce.

III. Cum anima hominis tota, & cum primis secundum facultatem rationalem immortalis, & ratione finis eterna sit & merito habeatur, ulterius queri non immerito potest utrum principium habuerit, nec ne? si n. finem non habet, utique etiam non habebit principium: nam qua sunt generata ea quoque attestante Philosopho intereunt. De hac spinosa questione, cum inter veteres: tum recentiores magna semper fuit controversia. Nam quod attinet animam plantarum & bestiarum, de his res in confessa est.

Plerique

Plerique enim fatentur, eas per semen deduci à parentibus ad liberos: sed de hominis anima adhuc disceptatur à multis.

IV. Quidam enim transmigrationem animae posuerunt, & si anima ex homine in hominem, ex homine in bestiam, & viceversa ex bestia in hominem micet.

V. Quidam dicebant, Deum ab initio omnes omnium individuorum animas creasse & has post formationem corporis infundere.

VI. Quidam denique, docent, animas postquam corpus jam formatur, creari & infundi à Deo, quarum tamen opinionem nulla ad veritatis metam collimat.

VII. Prima enim toto, (quod ajunt) cælo aberrat: Verissimum enim est axioma, quod ea, que specie & essentia differant, animabus quoque differant, utpote forma substantialis ac informante. Bestias vero & homines, specie & essentia differre, nemo inficias ibit. Quid ergo obstat, quo minus quoque animabus differunt: quia differentia introducta, labescit & infusurum abiit, de transmigratione animae, opinio.

VIII. Ad alteram deinde quod attinet opinionem, facilis ejus erit profligatio, utpote, que nulla necratione nec sacrarum literarum autoritate nitatur: sed potius absurdâ innumerâ procreet.

IX. Tertiam denique opinionem haud scio an ullus ex recentioribus amplecti posse, exceptis iis, qui negant peccatum originale, & Deo adscribunt quod homo peccet, & damnetur: hec videntur necessario sequi tertiam hanc opinionem. Nam si anima cum facultatibus suis creatur indies & infunditur: vel integra erit justa & optima, vel vitiosa & corrupta originali peccato antequam infunditur: sed neutrumpie videtur affirmari posse; non illud, nam sic vel plane negabitur peccatum originale, quod est contra veritatem sacrarum literarum, aut dicendum animam à corpore pollui & corpus, non animam esse peccati originalis πεποντος δεκτου, quo similiter nihil dici potest absurdina.

X. Vero itaq; magis consonam esse & Aristotelis autoritate nitiri, nostram censemus sententiam, qua statuimus, animam hominis, ut ipsum hominem venerari

generari formari & in semine hominis potestate primum inesse animam, &  
postea in actu traduci; & ut darius dicam, anima non sit ex seminis  
substantia, tanquam ex materia, qua vere corruptibilis est; sed ipsi semini  
tanquam vehiculo cutidam ab anima parentis vis huc anima substantialis  
infunditur, qua postquam membra ex conceptu jam formata, idonea sunt  
ad operationem, in actum perfectum traducitur & agit.

XI. Probatur autem hac sententia sequentibus rationibus 1. quia ge-  
neratio totius est composita, & naturalissimum est, ut quodlibet vivens ex  
se similem speciem procreet. 2. Quia hoc ipsum etiam Aristotelis suffragio  
conprobatur, qui ex professo de origine animae differens, totam doctrinam  
concludit, quod dixerit, quomodo in actu & semine insit animus, & de-  
terminaverit potestate inesse, non actu. Deinde idem Aristoteles aliquo-  
tis affirms hominem, generare hominem: non potest autem homo esse,  
qui animam intelligentem non habet, sicutdem a nobiliore parte, anima  
scilicet est, & denominatur homo. Denique semen potestate hominem, ut  
& frumentum, esse afferit: nullamque facit differentiam inter semen ho-  
minis, frumenti & equi, Neque tamen a mere naturali agente hoc fieri  
putamus, ut Deum excludamus: sed cum generalem illam Dei atti-  
onem, qua conservat ordinem naturae a se constitutum, tum etiam actio-  
nem quandam Dei specialem accedere, a qua divinum illud, quod in semi-  
ne parentum potentia latet, beneficio πάσικύ διάφερως excitari, & in a-  
ctum traduci verisimile est.

XII. Quod si nobis hic Physicorum objiciatur axioma, Generationem  
unius, esse alterius corruptionem. Respondemus illud duntaxat locum ha-  
bere in corporibus, non in formis, nam he nec generari dicuntur, eo modo  
corpora passim in prima Philosophia, quippe cum forma nihil aliud sit, quam  
vis quedam agenti substantialis: Hujus talis propria & peculiaris natu-  
ra, atq; conditio est, ut in idonea materia vim substantialis sibi similem  
excitare, & quasi infondere possit, sua tamen salva substantia, velut hoc  
declarari potest forma ignis in candela accensa. Tantum igitur abest, ut

producta anima filii corrumpatur anima parentis ut etiam nihil de hujus  
decedat substantia, cum sit per se individua & incorporea.

XIII. Verum hinc nova fruticatur ac pullulat quaestio, cum omnes a-  
nimæ origine sunt pares, an quoque substantia & perfectione sua inter se  
sint aequales & eque perfectæ? affirmativa autem tanquam verisimili-  
torem amplectimur, quod nimis animæ humanae omnes aequales sint,  
quantum ad substantiam & perfectionem attinet, & meliorem non fuisse  
animæ ovoïæ Nestoris, quam Theristis; sic enim specie eadem non discri-  
minari ostendit Aristoteles. Secundum operationes vero pares & aequa-  
les non sunt, siquidem aequaliter perfectas eas non edunt, propter organo-  
rum diversitatem, que sunt instrumenta animæ: sensus enim inter se, quo-  
rum ope intelligentia operationem mens exercet, cum facultates sint corpo-  
rea & organica, mutabiles sunt eorum actiones & lesionibus multis obno-  
xiæ: his impeditis vel laetiis impeditur κατὰ συμβολὴν actio etiam in-  
tellectus. Et tanquam de origine facultatis rationalis animæ. sequitur lo-  
cus & sedes ejusdem.

### CAPVT III.

Postquam de rationalis facultatis existentia &  
essentia dictum est haec tenus, supersunt ejus adhuc af-  
fectiones, de quibus ut in posterum differamus, insti-  
tuti nostri ratio postular: Harum autem affectionum  
principia est locus seu sedes, quæ huic facultati cum  
ipsius animæ Essentia communis est. Quærenti igitur  
respondemus: animam esse in toto corpore, & in qua-  
libet parte totam, intellige secundum essentiam & po-  
tentias, non verò secundum quantitatem.

L Ani-

*De anima* *ad Averroem*

I. *Animam incorpoream omnibus in aperto ac proposito est, quo modo vero, & ubi insit queritur: plerique enim docuerunt, animam obtinere certum quendam locum in corpore, ex quo suas spargat facultates, ad reliqua membra: Veluti rex quidam in aliquo loco certam sedem obtinet, per suos tamen ministros regis & administrat totam regionem. Et hunc locum esse opinabantur illi, qui unam posuerunt animam: qui tres agnoscunt, concupiscentem in Epate, irascentem in corde, intelligentem in cerebro collocant: Solus Averroes animam rationalem astantem in corde, sentientem & informantem diffusam per totum corpus esse dicebat.*

II. *Nos vero asserimus, animam esse in toto corpore, secundum essentiam suam & in qualibet ejus parte, dueti his rationibus. 1. Omnis enim forma materiam informans & constitutens compositum, est extensa ad extensionem materiae. 2. Hoc etiam praeterea unio & conjunctio materie & forma informantis requirit, ut una ad alterius extensionem extendatur, & in parte materie sit pars forma. 3. Denique hoc ipsum formam natura evincere ipsa videatur: adeo enim divina res forma est, ut cum sit substantia, aliam etiam sui impletat substantiam, ita, ut ex utra que fiat unum. 4. Tandem si anima esset in unica tantum parte, hac sola diceretur homo. Sed consequens est absurdum: Ergo & antecedens. Copulatum probatur, quia homo est compositus ex corpore & anima, & ubi anima hominis, ibi homo, si igitur anima tota esset in aliqua parte, hac sola diceretur homo.*

III. *Quare vera manet nostra assertio: ubi tamen hoc potissimum observandum est; quod anima non aequaliter sit in singulis partibus, sed in corde habeat suum esse principale, in reliquis vero esse participatum. In corde sequidem radicatur, ideoque prius animatur, quam reliqua corporis membra, ad quae postea anima substantia diffunditur. Vnde nonnulli audientes, quod anima per totum corpus diffusa sit, collegerunt ejus quantitatem, quam tamen in anima plane negamus, eo quod anima in sua substantia nullo modo quanta esse aut dici possit, cum sit ousia ousov sine partibus non dicitur: dicitur autem quanta ratione corporis per quod*

diffunditur: sicut lumen non est quantum, quantum tamen dicitur ratione corporis illuminati: Nec tamen etiam ex negatione actus secundi animae, secundum quem facultas intelligendi non in omnibus membris humani corporis deprehenditur, ejus actum primum & diffusionem quispiam recte negaret? Nam anima est aliud secundum substantiam, quam habet a se ipso, aliud ratio seu intellectio, ad quam requiritur organum Idoneum. Etiam si igitur in pede, vel alibi sit anima secundum substantiam, ibidem tamen non intelligit, quia destituitur organo, quod in solo cerebro reperitur.

IV. Tandem etiam coronidis loco circa questionem de loco & sede anime, queri solet, an cuique homini sua sit anima, & quomodo illa sedis sua satisfaciat, assentendo, an informando? Ad quam respondemus falsam & impianam esse illorum sententiam, qui unam numero esse animam intelligentem, quæ omnibus hominibus obstat, affirmare non verentur. Sequerentur enim 1. Identitas & summa correspondentia actionum, cogitationum scientiarum & artium, &c. 2. Contraries as operationum in eadem mente. 3. Infinita series absurditatum. Sic enim idem affirmare possemus de plantis, pisibus & quadrupedibus. Atque sic hujus praecipuum facultatis Rationalis affectionem vidimus: Reliquum nunc est, ut ad ejusdem dotes, quæ etiam affectionibus annumerari possunt, accessum faciamus.

#### CAPVT IV.

De animæ dotibus superiori disquisitione, procul dubio ea in medium allata fuerunt, quæ potissimum facultatem vegetativam & sentientem deternere potuerint. Quare ne actum agere videamus, de dotibus duntaxat Rationalis facultatis nobis differendum erit, quæ sunt immortalitas, divinitas quædam, & respetu fi-

Et si finis aeternitas; quas dotes huic facultati non ut proprias, sed ut communes cum ceteris assignamus.

I. De anima dotibus ut paucis hic ageremus, ansam nobis illorum dederunt opiniones, que partim anime immortalitatem negare: partim etiam facultate rationali attribuere eam duntaxat non erubuerunt. Ut itaque rem ordine persequamur de incorruptibilitate & immutabilitate primo loco differemus. Probamus autem illam potissimum rationibus Aristotelis (nihil dicentes interim de sacrarum literarum testimonio, maximi ponderis) contra illos qui afferere non verentur, Aristotelem ne gry quidem de anime immortalitate scivisse. Rationum autem Philosophiarum pondera hac sunt. 1. animus est auctoritas & seipsum perficit. 2. est auctorius & seipsum moveat. 3. quia omnia directe, etiam semper intelligit, adeoque seipsum per reflexionem: atqui à natura mortali non potest intelligi immortale. 4. Res varias atque diversas mira celeritate percipit & judicat. 5. Non habet contrarium à quo posse corrupti, addet quod vivens etiam posse mori: sed mortem cadere in vitam, nemoprudens dixerit. 6. Adhac ea sunt caduca, que sunt in tempore: ex autem dicuntur esse in tempore, que tempus mensurat. Sed animus est mensura temporis, non tempus animi, ideoque est supra tempus, neque illius sentit injicias. 7. Mens à vehementi intelligibili non corruptitur, sicut sensum corruptit excellens sensile. Intelligibile enim, quo est perfectius, eo magis perficit intellectum, scientia n. rerum metaphysicarum imbutus animus longe prestat popularium artium perito, quomodo ergo mortal is? sed quid opus est pluribus cum ex ipso Aristotele infinita loca decerpere posimus, in quibus expressis verbis animam intelligentem, imparabilem, immortalem & sempiternam esse affirmat, si esset id hujus loci.

II. Eant igitur osores isti Aristotelis, perfricent frontem, siquam habent, ac dicant Aristotelem nullam de immortalitate anima habuisse notitiam. Verum non hic immerito queritur, an haec dotes duntaxat anima facultatis rationalis sint propriæ, an cum reliquis facultatibus communes.

Priori negato, posterius affirmamus propter summam anima simplicitatem ac unitatem. Quemadmodum enim se habet trigonus ad pentagonum; ita se habet anima sentiens ad vegetantem, & intelligens ad sentientem: Sed trigonus & pentagonus, in una eademque figura numero unum & idem sunt; sed pro diversis angulis dicitur trigonus, dicitur etiam pentagonus. Ergo anima quoque sentiens & intelligens in uno eodemque individuo, unum & idem numero sunt, sed pro diversis operibus diversa dicuntur. Deinde si facultates anima species sunt subalterne, ita ut omnis anima intelligens etiam sit sentiens & vegetans, & vivens in homine, nulla quoque anima sentiens & vegetans poterit dici mortalis, si intelligens & rationalis immortalitate donata est. Atque hec breviter de definitione facultatis rationalis, item ac ejus causis affectionibus & dotibus dixisse sufficient: superest adhuc ejus distributione.

### CAP VT V.

Cognita facultatis rationalis natura, consideratisque ejusdem affectionibus in genere, ordo postulat, ut in sequentibus, beneficio distributionis eam in specie quoq; cognoscamus; proinde nunc ad facultates animæ rationalis particulares accedentes, duas amplectimur & profitemur; Intellectum puta seu  $\lambda\alpha\theta\sigma\tau$ . Et voluntatem seu  $\beta\epsilon\lambda\theta\sigma\tau$ .

I. Ut nos intra cancellos & limites disputationis nostræ contincamus, nec extra oleum, ut dici solet vagari videamur, discussis iis, quæ ubi ori definitionis declarationi inservire, & maiorem lucem adferre videbantur, ad eam num pariem stylì convertimus, quæ proxime definitionem insequitur, puta ad distributionem. Vbi inter alias, que nobis se hic offerunt, difficultates, primum tale nobis occurrit dubium: Verum scilicet anima

animae dari possit distributio, cum ea sit autotela, & autorivis, & iouis-  
tis, & vita, & mortis. Ad hoc responderemus animam quoad es-  
sentiali nullam spati quidem distributionem: sed tamen quoad operatio-  
nes distinctam esse ubi perro queritur, utrum in partes, vel facultates  
sunt distributio? quippe membra hujus distributionis partes appellari  
non posse supra, contra mentem Zabarella concludentes, afferimus; hic  
vero ea facultatem nomine insignire vetat ratio, siquidem absurdum est,  
referente Zabarella, facultatem habere aliam facultatem, & facultatem  
facultates insequitur. Nos contra id nihil absurdum habere arbitramur, quod  
facultas facultatem habeat, & una alteri subjecta sit: communior enim  
& generator facultas, si plures angustiores & specialiores, seu particu-  
lares agendi vires & facultates sive suo complexu, seu generis ambitu  
comprehendit. suum propterea nomen non amitti, nec aliquam absurdum  
importare ob id videtur. Tandem etiam hoc loco quari solet, an  
facultates iste ab anima essentiali vel reisca vel ad minimum ratione di-  
stincte sint? Nam triplices de hac questione extant opiniones, quorum  
duae sunt extrema, tertia medium tenere videtur. Extremarum opi-  
pinionum una affirmat realem animam & facultatum ejus distinctionem:  
altera vero essentiali in eundem Identitatem. Hinc Scaliger ait, fa-  
cultytes animae rationalis non esse accidentia, nec differre a se invicem,  
neque ab essentia animae: imo ait, unam eandemque rem esse animam, in-  
tellectum & voluntatem. Zabarella vero utramque extremam opinio-  
nem castigat, & quasi medium tueri videtur, sed cum hanc questionem  
magna ex parte in explicatione. 2. Theseos discussimus, brevitis studio-  
si, eandem hic denuo discutere nolumus, differentes interea ejus  
superiorum enodationem, ad ipsius disputatio-  
nis actum.

C.A.

CAPVT VI.

Est autem intellectus facultas animæ, res intelligibilis intelligens, cognoscens & dijudicans, qui secundum diverlum modum intelligendi duplex statuitur nimirum v̄s ratiōnibꝫ & v̄s p̄oſitivis.

I.      Eſi varia ſunt opinio[n]es facultatis intelligentis, e[st] tamen, quae mentem primò respiciunt, duplices ſunt: nimirum cognitione & appetitu: vel quod idem eſt Intellectus & voluntas, que diu[ni]ſio ex ſubiecti diversa natura, vel posius ex modo conſiderandi ſubiectum deſumpta videtur. Nam re[re]s qua[re] eſt in intellectu, vel vera eſt, vel falſa, vel bona, vel mala. Cognitione eſt operatio intellectus, in vero & falſo occupata: ſed appetitio reſpicit bonum & malum. Facultates autem illæ in quaſ Rationalis facultas diuiditur ſunt particulares ſpecialiores; nam unius anima eſſentialiſ tres principales ſunt facultates. Una propria Rationalis: communes duæ, ſentiens & vegetans, quaſ quidem habere ſpecies aliis, ſed non eſſe proprie[re]tati eſſentialiſ iſtius anima ſpecies docemus. Et cum in technologia & doctrina conſtitutione concedendum eſt iis, qui doce[n]t, ut docend[ū] grātia conſtituant facultates quaſdam quaſi totales: hoc eſt, vel integrales, vel genera[re]les: ita & nobis minime vitio verti poterit, ſi facultates genera[re]les, in ſpecialiorē ſubinde, melioris doctrina ergo, diſp[er]ſcamus.

II.      E[st]ne longius progrediamur conſiderando nobis hic proponitur definitio intellectus, tanquam prima particularis facultatis, cuius partes ſunt definitum, genus & differentia ſpecifica.

III.      Definitum eſt intellectus, que ſimiliſ eſt ſenſu: aque enim formas & ſpecies rerum intelligendarum recipit, & que ſenſus ſimulacra ſenſibilitum, ea que non actu, ſed poſteſtate conineat. Differunt tamen in eo, quod ſenſus non quodvis ſenſibile, ſed determinatum perciptiat, intellectus autem omnia intelligat. Ab aliis cognitione nuncupatur. Et haec eſt definitio.

IV. Ge-

4. Genus deinde definitionis huius, est facultas animæ, qua aptitudo animæ intelligentis denotatur, quæ specialiore est facultate intelligenti cum sub ipsius complexu contingatur.

5. Sequitur differentia specifica, qua dissimilata est ab objecto & effecto. Obiectum intellectus sunt ratiō & ratiō intelligibilia seu res intelligibiles, quæ omnia fieri intellectus est aptus. Ita quidem ut non simul, sed successivè: nam dum huic speciei seu notioni intentus est, ut dijudicet eam, non potest fieri species alia nisi destinat esse res illa. Quod enim recipit, oportet nudum esse ea re quam recepturum est, & omni natura eius. Talis igitur cum intellectus sit, jure animalis dicitur, eo quod in sua natura non habet quicquam ex obiectis recipiendis.

6. Res porro intelligibiles, quæ intellectus obiectum constituant, ratione essentiae miris modis variant. Quædam enim earum, omni prorsus materia carent, ut substantia immortales & simplices: quadam vero constant materia, in quibus aliud est ipsa res, aliud essentia rei. Arist. 3. de anim. cap. 4. tex. 15. Quamvis autem omnes illæ res sunt obiectum intellectus, tamen ea quæ accidentibus materialibus sint adumbrata physica potissimum considerationi subjiciuntur. Suntq. vel singulares, vel universales, quæ utrum omnes ab intellectu percipiantur, certant multi. Nam Philosophantium sermone tritum est, rationem & mentem tantum esse universalium, sensum vero singularium. Philippus quidem & alij, res etiam singulares in intellectu ponunt: Verum nos cum Aristotele dicimus, sensum esse singularium, mentem & intellectum universalium. Neg. est ut Dcūm nobis obijcant, ut rem singularem & ab intellectu perceptibilem: Nam et si Deus extra intellectum sit res singularis, mens tamen nostra ideam universalem concipit, & eam ex operibus beneficio sensuum haurit, proinde ultrò hinc sequitur, Universalia ab intellectu prius percipi, quam singularia, quia hæc reflexè, illa vero directè intellectus percipit. Deniq. etiam seipsum iutellectus percipit non quidem per

C

speciem,

speciem, sicut cetera Entia materialia, sed per reflexionem. Atq; hec de obiecto.

7. Effectus cuius sit mentio in specifica huius definitionis differentia, triplex est, pro tripli specie intellectus, & modo cognoscendi. Intellectus enim vel simplex est, qui simplices rerum notiores apprehendit & cognoscit: vel Compositus; usq; Noeticus vel Dianoeticus: huius est dijudicare, illius cognoscere, velut simpliciter fuit intelligere. Modus cognoscendi itidem triplex est: aut enim simplices rerum essentias cognoscimus quatenus sunt, vel non sunt; unde apprehensio simplicium: aut simplices rerum essentias componimus atq; dividimus, quod fit affirmando vel negando: aut denig, unum ex altero colligimus. Circa triplicem vero hunc Effectum duo potissimum nobis evolvenda venuunt. Eius sc. Operatio, & modus operandi.

8. Operatio eius est intellectio & reminiscencia hec in preteritis: illa in presentibus rebus occupata est. Intellectio porro est, que rem cognoscit & non tantum actio est, sed etiam passio quedam. Actio est quatenus sua vi interna, mens intelligit & iudicat. Passio contra est quatenus species intelligibiles apprehendit, que tamen non perimens, sed potius perficiens est perpessio. Reminiscencia tandem est recognitio universalis, facta beneficio discursus, ex phantasmatum universalium reliquis, spiritibus animalibus impressis. Et haec de operatione ipsa.

9. Modus autem operandi fit per speciem: sed quid ea sit abstrusa & obscura est quastio. Non enim substantia erit: quomodo enim se iniulit in sensum? quibus artibus eadem exiens a seipsa & manens in seipsa, translataper diversa subiecta penetrat ad intellectum in quo figat sedem. Neg. est pura relatio ad obiectum, sic enim Ens non erit, nec intellectus movebitur & res aeternas cognoscet, siquidem purus putus respectus moveare non potest. Julius Scaligar 4. concurrere ad totam intelli-

gendi

*gendi actionem docet. Primum quod educit speciem è materia, nimirum lucem ad visionem: Alterum speciem, qua educitur; Tertium ipsam impressionem speciei in intellectum: quartum intellectum, quibus, ait, positis, res ipsa quoq., unde species sive notio evocatur primo statim loco ponenda est.*

10. *Ns mthlnos seu patiens est, qui formas & species rerum in se recipit. Sed rs mthlnos seu agens species à patibili intellectu receptas, & potestate intellectas, facit actu intelligi.*

11. *Intellectus substantia unus est, sed diversos in se considerandi modos complectitur, ob quos duplex etiam statuitur: Patiens & agens, que divisio desumpta est, ex ipsa anima operatione; nam intellectus activus, dicitur ipsa conceptus universalis ex phantasmatis collectio sive productio. Passivus autem vocatur ipsa abstracti universalis cognitio & dijudicatio. Philippus aliter distinguit activum intellectum à passivo; illum vult esse ingenium, soleritiam, & facultatem inveniendi quid bonum, utile, vel verum sit: hunc vero nuncupat judicium de re invicta. Intellectus præterea, quem Patientem nominamus, nudus quidem accedit, secundum Aristotelem (licet perperam sentiat, & id nos non concedamus) & est similis tabule ræsa, capax tamen nihilominus est omnium formarum & notionum. Hinc à latini capax, materialis, passibili & potentialis appellatur: Huius vero ut triplex est conditio sive status (alio atq. alio modo consideratus) inde triplicia quoq. nomina sortitus est, i. Dicitur enim intellectus in potentia, vel quia nihil in se continet eorum, quæ intelligi possunt & debent: vel quia cum quedam intelligat, quedam tamen ignorat. 2. Idem ille intellectus in Habitu appellatur quando aliquo modo continet ea, quæ intelligenda sunt, & intelligi possunt: sed non intelligit, veluti dormientes intelligunt, vel vigilantes, qui jam ea de re, quam intelligunt,*

non cogitant. 3. Dicitur autem etiam intellectus in actu, quoties intellectus in habitu, speciebus acquisitus utitur, & cœquatur operatur & intelligit, quoniam actu & re ipsa non solum habet species, sed utitur quoq; ipssis, considerando obiectum intelligibile. Quod deniq; etiam attinet ad intellectum agentem est ille. 1.  $\chi\omega\pi\sigma\sigma$  separabilis non utens organis corporeis. 2. est  $\alpha\mu\gamma\eta\varsigma$ , non mixtus cum sensibilibus intellectus corporibus. 3. est  $\alpha\tau\alpha\delta\eta\varsigma$ , impatibilis, nullig; interitui obnoxius. 4. & ultimè, secundum suam essentiam est merus actus & cœquata cum tantum agat & nihil passatur.

12. Intellectus porro qui actu existit est simplex & compositus: Ille simplices rerum notitias tantum apprehendit: hic easdem animo conceptas componit, ac dijudicat. Estq; Nonius & Agathonius.

13. De intellectu hucus q; ex  $\tau\lambda\alpha\tau\delta$  differimus, qualis & quotplex ille sit consideratus cum in actu, tum in potentia conjunctione: Nunc ulterius, de eodem quoq; ex eisd dicturi sumus qualis sit quatenus actu existit, quoq; sit vel esse generum possit. Est autem & dicitur intellectus in actu, qui non solum species acquirit, & possidet: sed etiam acquisitus & possessis actu uiitur & hic à modo cognoscendi tergeminus est.

14. Unus in apprehensione simplicium occupatur, que perficitur definitionibus & divisionibus. Vocatur ab Aristotele  $\alpha\tau\alpha\delta\alpha\pi\alpha$  veroquātor & adiutor. Unde cum nos simplicem nuncumus.

15. Alter componit & dividit, & res simplices ita disponit, ut deinde veritatis & falsitatis judicium consequamur. Existit autem veritas & falsitas illa, vel ex causa rerum, vel ex causa rerum & temporis simul. Causa rerum est in rebus necessarijs. Causa rerum & temporis simul, etiam in naturalibus ciuiiibus, & in rebus agendis: Ob id quoq; Noeticum hunc intellectum vocamus, ut potè cui insitae sunt, cōmunes illae notiones, quas greci noīoī, cœrcoī, que omnium scientiarum prima sunt semina: notiīa tamen

tamen iste, ob materiae densitate, ad tempus sepulta jacet, unde illud Aristotelicum: Nihil est in intellectu, quod non prius fuerit in sensu, non narrata nuntios, sed narrata meos vorum sit.

16. Tertius deniq; intellectus discurrit, & ex collatione diversarum rerum aliquid colligit, unde λογισμὸς ἡ Αρέσια; discursus siue ratiocinatio appellatur, grecis Διάλεξις.

17. Fit autem hic discursus ratiocinando vel ordinando; illud ex compositione trium noematum, consequentiam infert: unde quid consequens quid inconsequens sit, judicatur: hoc inter plures sententias, ex noematum pluralitate concinnatas, ordine concinnat, easq; pro natura sua luce & claritate collocat: unde ordinis & confusionis judicium consequitur. Reducuntur autem posteriores duas species intellectus ad compositum intellectum, de cuius compositione utrum unico actu, an vero pluribus fiat? multum à multis controvertitur.

18. Nos affirmativam tuentes sententiam cum Aristot, dicimus, cum totum aliquid habens partes, ut totum & unum quoddam mens expendit, illud, uno eodemq; tempore totum oīως percipi: sic intellectus sententiarum, propositionem, unico actu totam apprehendit; squidem non negamus intellectum singulis conceptibus prius propositionem membratim per artes intelligere, his autem pluribus sigillatim conceptis, totum axioma, nisi unico superveniente actu, percipere.

19. Nonnūs contra est, cum mens sine discursu notiones suas disponit, vel componendo, vel dividendo. Αγενητὸς contra est, qui ab uno ad aliud discurrit, & ex collatione diversarum rerum, aliquid colligit. Vterq; hic intellectus ratione habituum intellectualium, est vel θεωρητὸς vel περι-  
κλητὸς..

20. Duæ sunt species intellectus compositi, sicut eas paulò ante declaravimus. Prima fit sine discursu altera cū discursu q; quomodo fiat ostendunt verba definitionis. Cū n. aliquid ex collatione diversarum

rum rerum colligimus discursu utimur; secus fit cum duntaxat vel affirmando componimus, vel negando dividimus: Unde omnes etiam dicimus et veniamur.

21. In hunc itaq; modum cum intellectus species agitat, componit, deducit, species cu*m* intellectu i<sup>t</sup>a conjungitur, ut intellectus dicatur, fieri res intellectu. Quod tamen non simpliciter est accipendum, alias enim cum homo intelligeret lignum, vel ferrum intellectus eius ficeret lignum, vel ferrum materiale & homo esset tale quiddam: sed quodam modo & nat' analogias dicitur fieri res ipsa spiritualiter, seu ut loquuntur subiectivè: recipiendo nimirum imagines, & receptas judicando: unde recte Aristoteles intellectum τὸν τὸν εἰδῶν appellat.

22. Θεωρητὸς seu contemplativus est, qui tantum intelligit & ratiocinatur propter cognitionem.

πειρατὸς contra, qui intelligit & ratiocinatur propter opus.

22. Ultima hæc divisio intellectus in activum & contemplativum, ratione habituum intellectualium introducta est, & ab obiecto ipso deponitur: nam res in intellectum cadens vel est necessaria vel contingens. Contingens vel oritur ab electione, vel ab intellectu. Hac mox illa πειρατὴ dicitur. Hinc triplex habitus mentis: Contemplativus in re necessaria, & est principium prudentiae: Factivus seu Poeticus in efficiendis rebus, & est principium artis, nos tamen hunc sub activo intellectum volumus. Deinde etiam sine differunt intellectus contemplativus, & actius; huius enim finis est opus: illius scientia & cognitio.

Hic agit & efficit: ille contemplatur,  
ut intelligat.

Et tantum de intellectu, primâ facultate  
particularium.

CAPVT

## C A P. VII.

Hucusq; de prima particulari facultate Rationis actum est, nimirum de intellectu: sequitur nunc altera, Voluntas, quæ est animæ intelligentis vis, quâ ea, quæ ab intellectu apprehensa & jucicata fuere, homo vel eligit, vel aversatur: Scaligero volitio dicitur.

1. *Varias esse operationes facultatis intelligentis, ex supra dictis notum esse arbitramur, interim tamen eas, quam entem primò respiunt duplices esse, non ignorandum est; quarum una cognitio, de qua habemus dictum est: altera appetitio, de qua in posterum dicetur, nuncupatur. Vulgo intellectus & voluntas. Pervenusta autem & jucunda est Scaligeri subtilitas quâ hanc questionem de voluntatis cum intellectu collatione discutit, quam, ut hoc loco attingeremus, opera precium nos facturos arbitrati sumus. Nam nonnulli sunt qui ex assertione Aristotelis, in libris Ethicorum, qua Deum sola sui intellectione beatum esse contendit, evincere conantur, intellectus nobilitatem multis parasangis post se relinquere præstantiam voluntatis, cum tamen verissimum sit, ratione finis, & beatitudinis voluntate nihil esse nobilis, ut pote quæ sola sit: beatitudinis perfectio, cuius dūtaxat inchoatio est intellectus. Sed cum uberior curia questionis declaratio, in ipsa voluntatis definitione lateat, ceteris, quæ hic afferri poterant, posthabitis ad eius examen nos accingamus, in quo dicendum nobis erit breviter, tā de ipso definitio, quam de partibus definitionis.*

2. *Definitum est voluntas, & ab Aristotele, vocatur appetitus rationalis, & quidem non immerito: sicut enim sensitivo appetitu trahimur in bonum à sensu apprehensum; ita voluntate, tanquam appetitu movetur ad bonum monstratum, ab intellectu.*

intellectu, vulgo autem appetitum triplicem faciunt: naturalem, sensitivum & rationale. Hinc queritur quomodo appetitus sensitivus à rationali differat: ubi triplex discriminem potissimum occurrit: primum est introductum ratione obiecti, nam illius est bonum & malum particulare, & cum materia conjunctum: huius verè est universale, & ab omni materia separatum. Deinde rationalis appetitus non delectabilia tantum curat, sicut sensitivus: sed etiam honestas.

Alterum discriminem desumitur ab adjuncta libertate, voluntas enim libera est secundum essentiam suam: appetitus sensitivus necessarius: oblato enim convenienti bono, non potest non appetere, nec potest repellere & nolle. Tertium & ultimum discriminem fluit à causa efficiente, quia sicut appetitio sensitiva fluit à cognitione sensus communis: sic voluntas, à ratione procedit. Et hoc de definito.

Super est definitio ipsa, in qua dicitur voluntatem esse vim animæ intelligentis, ubi per vim, appetitudinem & facultatem particularem intelligimus: per electionem & aversationem actiones voluntatis. Eligimus enim ea quæ tanquam bona approbamus: unde voluntas boni cuiusdam opinione ducta, quod bonum & utile videtur, eligit. Econtra fugimus ea, quæ tanquam malum improbamus: unde voluntas mali quâdam specie mota, quod malum & inutile videtur, rejecit. Ubi præterea per judicata & ab intellectu apprehensa, obiectum designatur; de quo, ut de actionibus voluntatis, paucis his agemus. Obiectum itaque voluntatis, est bonum in genere, à præcedente cognitione intellectus monstratum, & eius contrarium malum, sive sit vere bonum, vel Φανόμενον apparens bonum, malum vè. Actiones vero voluntatis, sunt velle: nolle, & suspendere actionem & assensum: Suntq; apud eos, qui summum bonum rectè intelligunt, bona: apud illos, qui non intelligunt, mala. Sed omnes haec actiones, sunt vel Elicitæ, vel Imperatae. Elicitæ sunt, quæ à voluntatis propria natura elicuntur: Imperatae sunt, quas voluntas fieri imperat per inferiores potentias.

tentias, quæ obcedire possunt: quales sunt locomotiva & appeti-  
tus sensitivus, In illam voluntas habet imperium detinuntur; in  
hunc incertum plane: Nam interdum gubernatio eius exequi-  
tur, interdum admittitur quanquam ager, & non nisi nullus:  
in appetitum naturalem, seu vegetativam potentiam, nihil juris  
& imperij habet: quia illa agit omnino naturaliter. Quod tan-  
dem attinet principium à quo excitetur voluntas ad oecundum  
suas actiones, sentimus cum acutissimo Scaligero, voluntatem per  
se & à seipso internoq; principio excitari ad ea, quæ sunt experien-  
da vel fugienda, quo & ipsam quandoq; mentem & seipsum ad  
proprias actiones edendas incitat. Et haec sunt operationes faculta-  
tis rationalis, præter quas tamen adhuc alia etiam dantur, quæ  
cum plus commercij cum corpore habere videntur, ut sunt facultas  
loquendi, vis ridendi, & potentia dicendi eas hoc loco præterire pla-  
cuit.

Atq; hæc de anima rationali, ut à sensu nimirum remota,  
ita & difficillima, producere voluimus. Meliora & quæ ad lu-  
cem huius pertinere videntur, in ipso disputationis conflictu  
ouo brevè sumus audituri.

C O R O L L A R I A,

1. Vtrum forma, an materia, an accidens sit causa justa ad-  
æquata, per quam individuum ab alio distinguatur primò?

Resp. Accidens non potest esse: quia nullum accidens substantiam constituit, immo omne substantia posterior. At posterior, nullum prius constituit quia sic actu non est. At nihil caussat actu, nisi ipsum sit actu. Nec materia; quia haec substantia imperfecta. At imperfectum non producit substantiam perfectissimam: cum nihil agat ultra suam speciem. Ergo erit forma. Sed distinctione hic opus: est enim forma triplex: una generalis, altera specialis, tertia deniq; individualis. Generalis non est: quia haec animal constituit. Nec specialis: hac enim speciem: ut anima rationalis hominem. Iam ergo tandem devenimus ad individualem seu individuificam(ut  
D loquuntur)

loquuntur) quam causam a deputatam esse, ut unum individuum ab altero distinguatur, intrepide statuimus.

2. Vtrum intellectus nudus sit, & similis ratiæ tabulae?

Resp. Negamus: Primo ob autoritatem sacrarum literarum. Deinde videatur Goclen. & Scalig. qui affirmant intellectum insitas habere quasdam notitias nobiscum nascentes: ubi tamen non inficiamur illud istas nimur notitias per se rudiiores esse, ac minus firmas: ideoq; partim inductione & sensu: partim etiam doctrinâ & exercitatione roborari ac confirmari.

3. Vtrum species intelligibilis sit idem, quod intellectio.

Resp. Intellectio & species intelligibilis sunt idem subiecto, sed diversa secundum essentiam. Species enim est causa sine qua nequit fieri intellectio; Et est modus intelligendi. At intellectio est actio intellectus immanens.

4. An agens intellectus sit necessarius?

Resp. Affirmamus, i. propter obiecta intelligibilia, que transfert de ordine in ordinem. Mercen. in diluc. & Zab. f. 921. Secundò propter effecta quae sunt, species materialis abstrahere, purificare & tegumenta loci, temporis, figura, quantitatis, coloris, aliaq. accidentia, que non sunt rei essentialia, removere & puriora phantasmatum passibili intellectui offerre, & quæ duwāq; vñcti erant, facere opere ipso vñcta.

5. Vtrum intellectus semper moveat voluntatem.

Resp. Quod sic: si modo internum voluntatis principium non excludatur, a quo movetur etiam intellectus, & impellitur.

6. Vtrum voluntas & electio sit puerorum?

Resp. Duwāq; volendi & eligendi pueris non derogamus: Sed c̄vēq; & eligendi actionem propriè sic dictam. Deinde cum duplex sit Electio, communis que fit sensus ductu & propria que rationis iudicio dirigitur: illam pueris relinquimus: hanc vero derogamus.

Laus D E O.

Conradin Dietrich von Aachen



• **Ex** principali **L**e*ct*. mulieris **ad**ulterio.



Uk 662

ab graduare Dicit mulier in vestimentis



1017

h

de et alia iudiciorum omni regis de sancte  
One versione sicut iudicis et gentibus resul-  
tate de sicut et ego per omnem omnibus placet  
hunc quod in uile est si quod multis actus sit  
sicut **Suppli undatum**  
¶ istud me oportet sicut et ego ipsi dico  
autem vos fratres quod per omnia memorem estis  
et sicut tunc uite precorum mei tenet  
¶ Quid aut nos sine quod omnes omni caput ipsi  
est caput ut mulierem ter caput vero ipsi omnes  
omnes omnes aut ipsi domini velato caput  
aut per caput suum omnis ut mulier omnis a  
lymnes non videtur caput. Autem caput suum  
omnium est enim auctoritatem suam  
velut mulier. ¶ Nam si non  
mulier condit a mulierem vel caput suum  
¶ Ut uide non sicut velare caput suum sed  
propositum est ergo sicut et mulier est gloria  
viri ¶ Non enim vir mulier se multo ex-  
cede **Littera** non est auctoritas vir super mulier  
sed in viris potius **littera** sicut mulier de  
litteram huius et sicut omnis littera regis  
enim non est in sive mulierem regis  
sed in viris in littera **littera** sicut mulier regis

# Farbkarte #13

B.I.G.

	Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black
Inches	1	2	3	4	5	6	7	8	9
Centimetres	2.54	5.08	7.62	10.16	12.70	15.24	17.78	20.32	22.86

TIO XXIV.

tima.

obilissima

FACUL-  
tionali.

M. A.

ÆSIDIO

NOBLOCH II,

Fr., Med. & Phil.D.

bergensem Academias  
ndam suscipit

us Ianike

Borussus.

mb. horis & loco notis.

BERGAE,

is per Iohan. Gorman.

I, C VII.